

## Band VII., Nr. 2454, Seite 331-335

*Graf Hugo von Werdenberg beurkundet, dass und in welcher Weise durch 7 Geschworene die Rechte der Klöster Salem, Weißenau, Kreuzlingen und Löwental, sowie anderer Beteiligter am Schweintrieb in dem Wald Schwaderloch und die dafür dem Besitzer des Gutes Brochenzell zu leistenden Dienste festgesetzt worden sind.*

Eggenweiler, 1274. November 13.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hugo comes de Werdenberch rei geste notitiam cum salute. Ut ea, que ordinantur pro re publica, studiose in suo robore perseverent, litterarum debent serie perennari. Eapropter presentes noverint et futuri, quod cum possessiones dicte diu Gebrocchen Celle unâ cum silva, que Swaderloch<sup>1</sup> dicitur, cum omnibus iuribus, que vulgo ehafti unde getwinc dicuntur, et aliis universis in me per emptionem iustam proprietatis titulo transivissent et in dicta silva . . venerabiles in Christo de Salem de Augia Minori<sup>a</sup> et de Crucelino . . abbates et conventus nec non . . priorissa suusque conventus in Leuwental et plures alii in pago qui Schuzengoe dicitur et circa ratione suarum possessionum circa dictum predium et silvam sitarum quedam iura sed diversimode pascendi porcos suos tam magnos quam parvos in silva iam dicta prescripserint ab antiquo et possederint seu in usu habuerint per multa tempora retroacta, circa que tamen iura propter lapsum temporis et successionem hominum<sup>b</sup> quedam dubitabilia, videlicet quid vel quantum quilibet iuris habeat in premissis, emergerint, que, ut per me et alios ad hoc ydoneos declararentur, sunt cum instantia requisita, ego cupiens rei publice et paci seu indempnitati omnium prospicere in futurum unâ cum predictis de Salem de Minori Augia de Crucelino et de<sup>c</sup> Leuwental nec non omnibus,

<sup>a</sup>A': *Minori Augia.*

<sup>b</sup>A': *hominum successionem.*

<sup>c</sup>A' fehlt *de.*

<sup>1</sup>Auf der Karte der Beschreibung des Oberamts Tettngang, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Johann Daniel Georg von Memminger, Stuttgart u.a. 1838 (Beschreibungen des Königreichs Württemberg, 14). [ND Magstadt 1979] trägt den Namen Schwaderloch nur der südlichste Teil des langgestreckten Waldgebiets, auf das sich diese Urkunde bezieht und das sich von Adelsreute rechts der Schussen bis zum Bodensee erstreckt. Es war um 1900 kein zusammenhängender Forst mehr; der nördliche als Adelsreuter und Weissenauer Wald bezeichnete Teil war von dem südlichen, Schwaderloch oder Seewald genannten vollständig getrennt. Mit Ausnahme der an der Schussen gelegenen Orte Brochenzell und Sammlershofen liegen die in der Urkunde genannten Orte sämtlich westlich von dem Waldgebiet.

## II

quibus dicta iura in aliquo pertinebant, septem viros seniores et fidedigniores inter omnes homines dicti pagi elegimus concorditer, qui fide data super hoc etiam corporali prestito iuramento de iuribus premissorum et omnium vicinorum super pascendis porcis in silva premissa, prout eis constaret et ab aliis investigare possent, non declinantes prece vel pretio blanditiis vel terroribus ad partem aliquam rei veritatem de sing[u]lorum<sup>d</sup> iuribus enarrarent, quorum dictis et sententiis promissimus simpliciter omnes stare. Quo facto dicti septem premissis iuramento id, quod eis constabat et hincinde investigaverant, certissimis argumentis et quod nos omnes premissi concorditer promissimus acceptare, proponebant narrabant et manifestabant concorditer in hec verba: Videlicet ut monasterium<sup>e</sup> de Salem omnes porcos grang[i]e in Adelsruthi<sup>f</sup> pertinentes et sues sine exceptione libere in dicta silva ad pastum mittere debeat prout voluerit de hoc nullis terminis coartatum. Illos vero, quos de monasterio seu aliunde ibidem pastum querere decreverint, ne ripam, que vulgo Krumbach<sup>2</sup> dicitur, ad pastum ex industria transeant, debent a pastore arceri vel servitiis subiacere. Similiter omnes porci quorumcumque fuerint usque ad dictam grangiam querendi pastum habere debent liberam facultatem. Item fratres de Augia Minori in predio Abbenwiler<sup>g</sup> tantum centum porcos et non ultra habere poterunt, qui in dicta silva unâ cum porcis propriis rusticorum dicti predii et alterius dicti Abbenwiler libere pastum querent. Alii vero porci ibidem locati undecumque in Cella servitiis subiacebunt. Item de omnibus porcis a quocumque habitis in Wannhusern<sup>h</sup> preterquam curia dicta des<sup>i</sup> Bisschof hof in Cella servitiis subiacebunt. Item curie dicte Bettenwiler<sup>j</sup> proprios porcos possunt pascere<sup>k</sup> libere, illo salvo, quod fructus arborum pro pastu porcorum habilium non quassabunt, alioquin servitia in Cella exhibebunt. Item in Waltenwiler residentes de suis porcis universaliter preterquam de curia dicta dominarum de Leuwental servitia exhibebunt, que curia scilicet de Leuwental, si arbores pro pastu porcorum quassaverit, similiter servitiis subiacebit. Item Wergenwise coloni pro suis porcis propriis

---

<sup>d</sup>A': *singulorum*.

<sup>e</sup>A': *mon[a]sterium*.

<sup>f</sup>A': *grange in Adelsrûthti*.

<sup>g</sup>A' hat hier und im Folgenden: *Appenwiler*.

<sup>h</sup>Es ist *Wannhusern* mit dem in der Urkunde sonst für *er* gebrauchten Abkürzungszeichen über dem zweiten *n* geschrieben, möglicherweise könnte dasselbe auch ein *en* bezeichnen sollen.

<sup>i</sup>A': *dez*.

<sup>j</sup>A': *Betthenwiler*.

<sup>k</sup>A': *passcere*.

<sup>2</sup>Ein nicht nachweisbarer rechter Zufluss der Schussen.

### III

libere pastum querent, si vero alienos habuerint vel pro suis porcis arbores<sup>l</sup> quassaverint, servitiis subiacebunt. Item Etthenkilch inhabitantes<sup>m</sup> XL<sup>n</sup> porcos pascere possunt libere<sup>o</sup>, illo salvo, quod arbores non quassabunt, quod si fecerint vel plures<sup>p</sup> habuerint, inde servitiis subiacebunt. Item in Eggenwiler coloni curie dominarum de Leuwental et dicti Loheler<sup>q</sup> porcos suos<sup>r</sup> pascere possunt, quod si arbores quassaverint vel alienos porcos habuerint<sup>s</sup>, inde servitiis subiacebunt. Item omnes coloni possessionum monasterio Crucelingen pertinentium circa dictam silvam locatarum proprios porcos pascent libere, de alienis, si quos habuerint, servitia exhibebunt, hoc adiecto, ut curia<sup>t</sup> dicta zem Loch, licet extra terminos sit, iuribus in Hyrsslath<sup>u</sup> gaudere debet libere in premissis. Si vero monasterium in Crucelingen porcos proprios in dictis suis<sup>v</sup> possessionibus habere voluerit, in dicta silva pastum libere querent, hoc excepto, ut si quocumque tempore vel anno<sup>w</sup> silvam, que ipsi monasterio pertinet, quibuscumque vendiderint ad quassandum, eo tempore ipsum monasterium et omnes coloni in suis possessionibus existentes de suis porcis omnibus in Cella servitia exhibebunt. Item in Alingen coloni curiarum dictarum dez Bechererz hof<sup>x</sup> unde dez Snicerz hof<sup>y</sup> et dotis in Nidernalingen pascent libere suos porcos, alii de suis, ipsi de alienis servitiis subiacebunt. Item omnes residentes in Bûncoven pascent libere suos porcos, de alienis, vel si quatient arbores, servitiis subiacebunt. <sup>z</sup>Item dicti de Sanewellezhoven<sup>aa</sup> et ipsorum homines in dicto loco residentes libere proprios porcos pascent<sup>bb</sup>, de alienis et de suis, si arbores quatient, servitia exhibebunt. Item residentes in Buichorn citra viam, que vulgo<sup>cc</sup> dicitur der Gemachot wech, debent

---

<sup>l</sup>A' fügt hinzu: *pro pastu*.

<sup>m</sup>A': *habitantes*.

<sup>n</sup>A': *quadraginta*.

<sup>o</sup>A': *libere possunt*.

<sup>p</sup>A' nach *plures*: *porcos*.

<sup>q</sup>A': *Locheler*.

<sup>r</sup>A': *proprius* statt *suos*.

<sup>s</sup>A': *habuerint porcos*.

<sup>t</sup>A': *de curia*.

<sup>u</sup>A': *Hyrslath*.

<sup>v</sup>A' fehlt *suis*.

<sup>w</sup>A': *anno vel tempore*.

<sup>x</sup>A': *Becherer hof*.

<sup>y</sup>A': *Snicerz hof*.

<sup>z</sup>A' hat die Sätze: *Item residentes in Buichorn etc.* und *Item dicti de Sanewelleshoven* in umgekehrter Reihenfolge.

<sup>aa</sup>A': *Sanewelleshoven*.

<sup>bb</sup>A': *pascent proprios porcos*.

<sup>cc</sup>A': *vulgo* fehlt.

#### IV

pascere porcos suos<sup>dd</sup>, si vero ex industria ad pastum porcos<sup>ee</sup> miserint ultra terminum memoratum, omnes et singuli sine exceptione in Cella<sup>ff</sup> ad servitia tenebuntur. Que servitia predicta dominus, qui pro tempore predium in Cella possederit, taxabit et recipiet prout sibi et rei publice videbitur expedire, nec ipse seu aliquis hominum quicquam debet vel poterit de premissis omnibus et singulis propter successum temporis immutare casu quolibet contingente. <br> <br> Acta sunt hec apud Eggenwiler, anno domini MCCLXXIII., idus<sup>gg</sup> Novenbris, indictione III., presentibus et consentientibus procuratoribus monasteriorum de Salem de Minori Augia de Crucelino et de Leuwental nec non omnibus, ad quos iura pertinent prenotata, presentibus etiam declaratoribus sub iuramento iurium premissorum, videlicet Hainrico villico de Hyrslath<sup>hh</sup>, H[ainrico]<sup>ii</sup> dicto Vaseli de Cella, Eberhardo dicto Locheler, magistro C[unrado] dicto de Hyrslath,<sup>jj</sup> . . dicto Luceli ibidem, Manegoldo von dem Loche<sup>kk</sup> et magistro Bertoldo de Raderay<sup>ll</sup> et aliis testibus presentibus et rogatis quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetuum presens instrumentum super hoc confectum sigillo meo unâ cum sigillis predictorum de Salem de Augia Minori de Crucelino et de Leuwental duxi pro testimonio muniendum. Nos de Salem de Augia Minori et Crucelino<sup>mmm</sup> . . abbates et priorissa de Leuwental<sup>nn</sup> predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus protestamur, sigilla nostra unâ cum sigillo dicti . . comitis de Werdenberch huic instrumento concorditer pro testimonio apponentes.

—

Von der Urkunde sind zwei Ausfertigungen auf Pergament erhalten. Dem Textabdruck liegt das Exemplar des Klosters Kreuzlingen (A) in Stuttgart zugrunde, Abweichungen im anderen Exemplar des Klosters Salem (A') in Karlsruhe sind in den Anmerkungen nachgewiesen. <br> <br> An ersterem Ort befindet sich außerdem ein vom Kloster Weißenau herrührendes Pergament Vidimus, das auf Bitten des Abts Rudolf von Weißenau von dem Notar der Konstanzer Kurie Leonhard Schönbenz von Lindau am 12. September 1391 im Kloster Kreuzlingen ausgestellt

---

<sup>dd</sup>A': *suos porcos.*

<sup>ee</sup>A': *porcos ad pastum.*

<sup>ff</sup>A': *in Cella* fehlt.

<sup>gg</sup>A': *ydus.*

<sup>hh</sup>A': *Hyrslath.*

<sup>ii</sup>A': *Hainrico.*

<sup>jj</sup>A': *Cunrado de Hyrslath.*

<sup>kk</sup>A': *Manegoldo dicto von dem Loch.*

<sup>ll</sup>A': *Rayderay.*

<sup>mmm</sup>A': *de Crucelino; et* fehlt.

<sup>nn</sup>A': *et Leuwental priorissa.*

wurde.<br> <br> An A hängen noch alle fünf Siegel, das erste (hier allerdings ziemlich beschädigt, weshalb die folgende Beschreibung, abgesehen von einigen Ergänzungen bei der Umschrift, nach A' gefertigt ist), das zweite und das fünfte aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs.<br> <br> An A' befinden sich nur diese drei Siegel aus demselben Stoff, vom dritten und vierten Siegel sind nur die Pergamentstreifen noch durch die Urkunde geschlungen. 1) Das Siegel des Grafen Hugo von Werdenberg, rund, 55 mm, (III. B. 3.): Der nach links galoppierende Graf, auf dem Topfhelm als Helmzier ein Schirmbrett, in der Rechten das gezückte Schwert, am linken Arm den Schild mit der Kirchenfahne, die auch vorn und hinten auf der Pferdsdecke angebracht ist; Umschrift: + *Sigillum* . . OMITIS . HVGONIS . DE . WERDINBERC \* (das Siegel ist an A' in ungewöhnlicher Weise schief angehängt, so dass der Pergamentstreifen unter den Buchstaben BER in das Siegel ein-, unter HV aus demselben heraustritt). 2) Das Siegel des Abts von Salem. 3) Das Siegel des Abts von Weissenau, spitzoval, c. 47, 30 mm, (III. A. 1. a.): Der stehende Abt, in der Rechten den Krummstab, mit der Linken ein Buch vor die Brust haltend; Umschrift: . . ABBATIS . MINORIS . AVG . .<br> <br> 4) Das Siegel des Abts von Kreuzlingen, allein nicht des im Jahr 1274 lebenden Abts Gerung, sondern des von 1389–1423 regierenden Abts Erhard Lind aus Konstanz, welches somit wohl an der Stelle des inzwischen abgegangenen älteren Abtssiegels später, etwa in der Zeit als die oben genannte Kopie gefertigt wurde (1391), an dem älteren Pergamentriemchen angehängt wurde (ohne Zweifel war man damals der Urkunde für praktische Zwecke benötigt). Es ist spitzoval, c. 72, 46 mm, (II. B.): Unterhalb eines reich verzierten gotischen Baldachins der Klosterheilige Bischof Ulrich thronend, die Rechte segnend erhoben, in der Linken den Krummstab; rechts und links am Baldachin sind zwei kleine Baldachine angebracht, aus deren Öffnung je ein Tier (rechts jedenfalls ein Hund) herausschaut, unter denselben je ein Wappenschild, derjenige rechts gespalten, vorn eine Kreuz, hinten ein Krummstab, das Bild des linken Schildes nicht mehr recht erkennbar; im untersten Eck als sphragistisches Beizeichen eine Rosette. Umschrift: *Sigillum* ERHARDI . DCI . LINDEI . ABBATIS . MON . IN . CRVCZ . . NGEN. 5) Das Siegel der Priorin von Löwenthal, spitzoval, 40, 25 mm, (III. A. 2. c.): Unter einem Baldachin der englische Gruß, darunter in einer Blendnische, knieend, mit zum Gebet erhobenen Armen, die Priorin; Umschrift: S. PRIORISSE . De . HIMILWNNE . ORDinis. FRM . PreDICATORum, vgl. die Abb. bei Codex Salemitanus, 2, Tafel 16, Nr. 83.<br> <br> Auf der Rückseite der Urkunde stehen an den Stellen, wo die Einschnitte für die Pergamentstreifen angebracht sind, von gleichzeitiger Hand die Namen der Siegler.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

1: HStA Stuttgart, 2: GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

1: B 469 I U 52, 2: 4/1302

### Überlieferung und Textkritik:

2 Originale.

### Editionen:

Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 127, Nr. 525.

### Regesten:

Mohr: Schweizer Eidgenossenschaft, Nr. 90.

### Literatur:

Codex Salemitanus, 2, Tafel 16, Nr. 83 (Abb. Siegel).

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Eggenweiler

### Ortsindex:

Adelsreute Wohnplatz (20013) <br> Adelsreute, Ravensburg, RV <br> Ailingen Wohnplatz (17847) <br> Ailingen, Friedrichshafen, FN <br> Appenweiler Wohnplatz (17849) <br> Appenweiler, Friedrichshafen, FN <br> Bettenweiler Wohnplatz (17852) <br> Bettenweiler, Friedrichshafen, FN <br> Brochenzell Wohnplatz (18053) <br> Brochenzell, Meckenbeuren, FN <br> Bunkhofen Wohnplatz (17854) <br> Bunkhofen, Friedrichshafen, FN <br> Eggenweiler Wohnplatz (17856) <br> Eggenweiler, Friedrichshafen, FN <br> Ettenkirch Wohnplatz (17860) <br> Ettenkirch, Friedrichshafen, FN <br> Friedrichshafen FN <br> Friedrichshafen Gemeinde (17846) <br> Hirschlatt Wohnplatz (17870) <br> Hirschlatt, Friedrichshafen, FN <br> Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz <br> Löwental Wohnplatz (17890) <br> Löwental, Friedrichshafen, FN <br>

## VII

Raderach Wohnplatz (17897)<br> Raderach, Friedrichshafen, FN<br>  
Sammletshofen Wohnplatz (18087)<br> Sammletshofen, Meckenbeuren, FN<br>  
Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br>  
Schussengau<br> Unterailingen Wohnplatz (17907)<br>  
Unterailingen, Friedrichshafen, FN<br> Waltenweiler Wohnplatz (17912)<br>  
Waltenweiler, Friedrichshafen, FN<br> Wannenhäusern Wohnplatz (17913)<br>  
Wannenhäusern, Friedrichshafen, FN<br> Weissenau Wohnplatz (20163)<br>  
Weissenau, Ravensburg, RV<br> Werdenberg, Kt. St. Gallen, Schweiz<br>  
Wirgetswiesen Wohnplatz (17918)<br> Wirgetswiesen, Friedrichshafen, FN